

66.

Cod. CCXXVI. n. 1-3.

Cod. CCXXVI.

Chartae: 4. Saecul: 15.

1. Fol. 1^o - 75^o.Andrea speculum
humane
salvationis.Andrea speculum humane salvationis
cujus initium est: ""Incipit prohemium cujusdam nove compilationis
cujus nomen et titulus est speculum humane
salvationis"Sufficientem de hoc libro metrico notiti-
am videre licet in Codice XXXI. n. 1.2. Fol. 79^o - 91^o.Stimulus amo-
ris, pars I.Stimulus amoris. Absque ulla inscriptione
incipit: "Currite gentes undique". Quae ver-
ba idem opusculum designant, quod sub no-
mine: Stimulus amoris S. Bonaventurae perpe-
tuam tributum est. Longe perfectius habe-
tur in Codd: CXLII n. 1. et CXCI. n. 4,
in praesenti enim non nisi partis primae frag-
mentum invenitur. Vide etiam sequentem
n. 4.3. Fol. 92^o - 94^o.S. Bonaventurae
instructio sacer-
dotis ad missam
celebrandam.S. Bonaventurae instructio sacerdotis ad mis-
sam celebrandam. Incipit: "Ad Missam
celebrandam rex Considero attendenda."
Citat in edit. Opp. S. Bonav. Lugd: 1668. T. VI.
p. 71. Oudinus T. III. col. 417; ac editores
novissimi in Diatriba p. 90. istud opuscu-
lum inter dubia collocant; Cavaleseius ta-
men in Andromo ad Opp. S. Bonav. L. 8. par. I.
Cap. 3. § 2. col. 585 illud loco suo movere non
audet. Coeterum in codice nostro mu-
tum est, et in multis ab editione diversum.2
6.9.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 226

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 67.

Cod. CCXXVI. n. 4-6.

67.

A. Fol. 94-112.

Stimuliamos;
 Stimuli amoris pars II. & III, quas potius
 fragmenta dixeris: neutra enim integra est,
 hibetur. Consule supra n. 2.

5. Fol. 114-148.

Liber de Conscientia, seu de interiori domo.
 Titulo caret; initium vero est: "Domo hac
 in qua habitamus." Plura de eo quare in lo,
 dice CCV. n. 7.

6. Fol. 148-154.

S. Bonaventura meditatio in Salve Regina.
 Rubrica codicis nostri est: "bonaventura hu
 per Salve regina"; initium: "Ad salutandum
 beatam virginem mariam primo debes." Ce,
 tat inter Opp. S. Bonav. Lugd. i. 688 Tom. VII.
 p. 231. ubi stimuli amoris partis tertiae
 cap. 14. constituit; item inter Opp. S. Bonav.
 di edit. Nabillon: T. V. col. 740. Sed neutri
 use est opus. Quidam putant esse Anselmi,
 O. S. B. Episcopi Lucensis; ob. 1086; uti Wad
 dingus in vita Anselmi Lucensis, ejusque
 sub nomine extat in Bibl. max. P. P. Lugd.
 T. XXVII. p. 441. Sed omnes hos confutat
 Oudinus T. II. col. 727. seqq. Unde author
 latet anonymus.

68.

Cod. CCXXVI. n. 7. 8.

7. Fol. 155^a - 160^b.

Hugonis de S.
Victore clau-
strum anime.

Inscriptio hujus opusculi est: "Incipit clau-
strum anime hugonis de rectoris victore ju-
"ncipit hic vita perfectorum tu si vivis ita
"tibi cedit cetera vita amen." In titulum:
"Introduxit me rex in cellam vineyamae."
"hec sunt verba sponse fratris." Inscriptio
"tio hac duplici de causa erronea est; im-
"mo, quia Hugo de S. Victore non est
"author libri de Claustro anime, ut viden-
"potest in Bibl. m. 8 inf. latin. Fabricii
"T. III. pag. 294. sed Hugo de Folieto Con-
"bejensis Canonicus, et postea Cardinalis;
"recando, quia presens opusculum longiori,
"quod est a Claustro anime, quod quatuor
"constans libris, valde prolixius extat in-
"ter opera Hugonis de S. Vict. Moq. 167.
"T. II. pag. 50. Unde facile crediderim bre-
"ve hoc scriptum de opere fusioni asceti-
"co esse decerptum.

8. Fol. 161^a - 170^b.

S. Bernardi Tra-
tatu de Contem-
platione.

S. Bernardi Tractatus de contemplatione.
Titulus precedit: "Sanctus Bernhardus
"de contemplatione." Quam vehementiam,
"plexu amplexasti me." Inter opera S. Ber-
"nardus non reperitur, nec alicubi in illud
"offendi, unde aut opus anonymi est,
"aut fragmentum prolixioris.

Cod. CCXXVI. n. 9-11.

69.

9. Fol. 170^a-181^a.

S. Bernardi Tractat. de 4. grad. spiritalis exercitii, 4ii.

"Incipit tractatus de quatuor gradibus spiritualis exercitii Beati Bernardi." Ita titulus; initium vero est: "Cum die quadam corporali manuum labore." Est opus Guidonis Carthusi. et alia plura dixi in Cod. CLII. n. 10. Ad addere liceat, hunc codicem esse mutilum, atque a numero secundo usque ad presentem insignem in eo grassari confusionem, quae tam bibliopegi culpa, quam librarii: an in, scilicet, an malitia necio: tribuenda est.

10. Fol. 181^a-186^a.

S. Bernardi formula honeste vite.

"Inscribitur praesens opusculum: Incipit tractatus bonus de formula honeste vite Bernardus. Initium est: "Petis a me frater karissime quod nunquam et nunquam a suo pro viro addivi aliquam petivisse." Cuius inter Opp. Bernardi edit. Mabill. T. V. col. 877. hac ab editore censura notatum: "In codice tunc interuenienti extat cum hac epigraphe: Formula honeste vite data a S. Bernardo, ut creditur. Eadem etiam in ms. Codice Ecclesiae Parisiensis tribuitur, sed perperam." Haec Mabillonius. Coeterum Codex noster in calce plura continet, quam praefata editio.

11. Fol. 186^a-189^a.

S. Augustini dialogus inter sanctam animam et beatam virginem Mariam de passione domini. B. V. M. de passione domini.

"Inscriptio huius opusculi est: Incipit dialogus beati Augustini inter sanctam animam et beatam virginem Mariam de passione domini tractatus de originalibus eiusdem." Initium est: "Time fideles sponse Iesu Christi fletum deducite." Opus, quod penitus ignorant editores

70.

Cod. CCXXVII. n. 1.

Mauriani, quodve ab Augustini stylo, ac ingenio quam longissime distat, certe inter scripta posititia rejiciendum est.

12. Fol. 190^o - 243^o

De Sacram. Penit. sent. & sermon. dominicales.

Quae a folio 190. usque ad finem continentur, sunt. 1. Scriptum de satisfactione sacramentali, quod ultimo loco poni debuit, 2. Sermones de nonnullis dominicis, 3. de contritione, et confessione, quarum partem tertiam constitueret scriptum pro memoratum de satisfactione.

Cod. CCXXVII.

Chartae: 4. Saecul. 17th. 15

1398

2
b. 10.

Compendium Confessionum metricam.

1a-5b

(a) Difficultatem negotium. Flor. rar. manuale med. et inf. lat. voce: Priga.

Compendium confessionum metricae adornatum. In superiore margine legitur: "Incipit compendium confessionum metricum." Inchoat author opusculum sequentibus versibus, qui quasi praefationis loco sint: "Confessor caute si vis laqueos fugitare Jure diversos veterique novo seminatos Ex his versiculos confectos respice paucos Quae confessoris brigam (a) faciunt meliorem." Nimirum regula generalis juris, confessorio ritu necessariae versibus denotantur, usque additur prosaica uberius declaratio. Latum abest, quin Joannem de Deo authorem putem.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 226

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27571

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)